



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

7. Isidorus de Co[n]uersis, siue ad Monachos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

S. ISIDORVS

De


CONVERSIS

SIVE

AD

MONACHOS.

Nunc primum ex m. f. membranis celeberrimi Monasterii S. Galli editus.



Ad

M. J. S. J.
n. 27
S. IV
27



Ad Lectorem.

Hoc Opusculū inuenimus in m. s. membranis Monasterii S. Galli tali titulo prænnotatum; *Sancti Ysidori de conuersis*. Et in fine vltimæ paginæ; *Ysidorus ad Monachos*. Non extat in Jacobi du Preul recenti Isidori editione, quam accuratè apparuit, multis editis opusculis, quæ antea lucem non viderunt. Equidem gaudeo me nactum esse hunc m. s. codicem, quantumuis litera non solum fugiente scriptum, sed quæ pœnè legi nequeat, & vitiosissime. attamen verè thesaurum censeo, quicquid de reliquiis operum S. Isidori Hispalensis erui potest. De Isidoro enim Iuniore hic tantum cogito. nam vt Isidoro seniori, itidem Hispalensi, vel Isidoro Cordubensi tribuam, nec suspicari volo. Isidori esse hoc opusculum, ipse testatur hic cap. 10. his verbis: *Va mihi misero Isidoro, qui*
est pœnitere retro acta negligo, est adhuc pœnitenda committo.

SAN-



SANCTI ISIDORI DE CONVERSIS.

m. f. 25
deri.



ON inchoantibus primum promittitur, sed perseverantibus datur, sicut scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Tunc enim placet Deo nostra conversio, quando bonum, quod inchoamus, perseverante sine continentem non perdidimus, id est, opus bonum consummaverimus. Indulgentia peccatorum sciendum ubi, quando, vel qualibus datur. Vbi quippe, nisi intra Ecclesiam Catholicam? Quando, nisi ante venturi exitus diem? quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce, nunc dies salutis. Qualibus, nisi conversis? qui per humilitatem ad parvulorum transierunt imitationem, de quibus dicitur: Talium est regnum cœlorum. Nemo perpendere potest, quanti sit ponderis iustitia, vel quanti fulgoris radio iustitia clarescat, nisi quis prius toto mentis adnitu convertatur ad Dominum; quatenus ipso lumine, quo illustratur, & suam fœditatem agnoscat; & lumen quod cæco corde non intuebatur, intelligat. Tunc aio inattigibilem intelligi posse iustitiam, dum eam quisque qui conversus, tentaverit. Quia lux non intelligitur, nisi eum videtur. Iudicium quod in hominis potestate consistit, conversionis est gratia, per quam nosmetipsos iudicamus, quando nos flentes mala nostra punimus: bono, quod ex Deo nobis est, solidius in haremus. Triperitum describitur esse vnicuiusque conversi, id est, primum corrigendi à malo. Secundum, facendi bonum. Tertium, consequendi boni operis primum. Nam quod ait Propheta: Solue fasciculos deprimentes: mali est emendatio. Quod verò adiecit: Frange esurienti panem tuum: operis boni est actio, in eo verò quod subiungit: Tunc erumpet matutinum tuum: operis boni est retributio. Ergo non proficit facere bonum, nisi correctum fuerit malum. Nec poterit quisquam ad contemplationem Dei proficere, nisi prius in bonis studeat actibus exercere. Multis modis

I.
Mat. 24. 13

2. Cor. 12. 2

Mat. 19. 16

2. a. 1. 2. 3.

N. J. S. J. J.
N. J. S. J. J.
S. I. V.
27

dis terret Deus homines, vt vel serò conuertantur, atq; exinde erabe-
 scant, quòd tam diu expectati sunt, vt redirent. Nam nunc minis, mune
 plagis, nunc reuelationibus quosdam concutit; vt qui voluntate con-
 uerti despiciant, commoti terribiliter, corrigantur. Plerique ex sola
 mentis deuotione conuertuntur ad Deum. nonnulli verò vocati pla-
 gis conuertuntur. Qui ex deuotione non conuertuntur, iuxta capitulum
 Psalms, dicentis: In freno & cameo maxillas eorum cõstringes; qui
 non approximant ad te. Plerique autem dum deuotione non conuer-
 tuntur, plagæ stimulis feriuntur, qui tamen sub verberere sentiunt, vt a-
 liquatenus corrigantur. Sicut Ægyptus, quæ & pœnas dedit, & emen-
 dari nequiuit. De talibus enim ait Propheta: Percussisti eos, & non do-
 luerunt; attriuisisti eos, & reuerunt accipere disciplinam. Nonnulli vi-
 ri seculares elatione mentis tumentes, postmodum conuersi ad Deum
 religiosa sequuntur obedientia Christi. & qui ante celsitudine mandiali
 tuebant, postea ipsam elationem in studia humilitatis commutant.
 Quidam sunt, qui iam secretè conuersi sunt: quorù conuersio quia non
 pcedit ad publicũ, apud existimationem humanã quales fuerunt, ta-
 les adhuc esse putantur; iam tamen in Dei oculis se correxerunt. Item
 quidam adhuc humano iudicio stare cernuntur; iam tamen in Dei o-
 culis ceciderunt. Multi apud homines superbi sunt, & apud Deũ electi.
 Itẽ multi apud homines electi putantur, & apud Deum reprobis existunt,
 Salomone docente: Vidi impios sepultos: qui cum adhuc viuerent,
 in loco sancto erant, & laudabatur in ciuitate quasi iustorum operum.
 Nullus se putet electum, ne fortè apud Deum sit reprobus.

De primordiis conuersorum.

Trimodum genus est conuersionis ad Deum: inchoationis, cum
 dulcedine; medietatis, cum labore; perfectionis cum requie.
 Sed tamen plerunq; alii incipiunt à dulcedine, alii à tentationũ ama-
 ritudine. Omnis conuersus ante ex fletu inchoet peccatorum, & sic
 transeat ad desiderium supernorum. Prius enim lacrimis purganda
 sunt vitia, quæ gessimus, & tunc mundata mentis acie, id quod quæri-
 mus, contemplemur; vt dum antea flendo peccati à nobis caligo de-
 tergitur, mundatis cordis oculis, liberè superna inspiciantur. Ante ne-
 cesse est timore conuerti ad Dominum, vt metu futurarum pœnarum
 carnales illecebræ deuincantur. Deinde oportet abnegato timore,
 ad amorem vitæ æternæ transire. Perfecta enim charitas foras mittit
 timorem, qui autem timet, pœnam habet, & non est perfectus. Vnde
 & A-

Psalm. 9.

1. Cor. 9. 3.

1. Reg. 7. 10.

1. 1. Cor. 4. 18.

& Apostolus ait: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem scilicet iam non peccati poena seruos comprimit, sed amor iustitiæ liberos reddit. Necesse est omni conuerso, vt post timorem confurgere ad charitatem Dei debeat, quasi filius; ne semper sub timore iaceat quasi seruus. Tunc enim amorem nostræ conuersionis ostendimus, si Deum velut patrem diligimus, quem prius seruili mente verè vt Dominum formidabamus. Primordia conuersorum blandis refouenda sunt modis, ne sub asperitate incipiant exterriti ad priores lapsus recurrere, qui enim conuersum sine lenitate erudit, exasperare potius, quàm corrigere nouit. Conuersus quisquis antea ab opere corrigendus est, postea verò à cogitatione ac mutatione: vt prius refrenet prauum actum, deinde appetitum ad delictum. Quod in opere non apparet, in cogitatione nequaquam perdurat. Omnis noua conuersione adhuc pristina vitæ habet commixtionem: propterea nequaquam ea victus procedere ad hominum oculos debet, donec conuersatio vetus funditus ab animo extirpetur. Quisquis ex deteriore iam melior esse cepit, caueat acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vanam gloriam corruat, quàm prius per lapsum vitiorum iacebat.

De conflictu conuersorum.

3.

Quisquis conuersus si mox omnes carnales stimulos calcare cupiat, & summa virtutum subire contendat, si fortè adhuc aliqua aduersa de carnis molestiis tolerat, non frangatur, quia dispensator bonorum nouit aduersitatis reprimere vitium successione virtutum. Tunc magis grauari se quisque impulsu vitiorum agnoscit, dum ad cognitionem Dei accesserit. Sicut populus Israël grauiore onere ab Aegyptiis premitur, dum per Moysen diuina illi cognitio aperitur. Vitia enim ante conuersionem, quasi pacem in homine habent: quando autem expelluntur, acriore virtute confurgunt. Fiunt autem inimica conuerso, quæ peccatori prosperè blandiebantur; atque ita fiunt blanda conuerso, quæ peccatori aduersa extiterunt. Multos habet conflictus Dei seruus ex recordatione operum præteritorum, multique post conuersionem etiam nolentes motum libidinis sustinent, quod tamen ad damnationem non tolerant, sed ad probationem, scilicet vt semper habeant p[er] excutienda inertia hoste, cui resistent dummodo non consentiant. Vnde & nouerint serui Dei etiam à peccatis se esse

Q9 2

esse

esse mundatos, sed tamen cogitationum turpium adhuc interpellatione pulsari. Antè conuersionem præcedit turba peccatorum; post conuersionem sequitur turba têtationum: illa se obiciunt, ne ad Deum conuertamur; ista se ingerunt, ne liberi cordis oculis Deum ceruamus. Vtriusque tumultus insolentia nobis gignit intentionem, quæ nostra sæpè fraude multimoda intra concludit. Vtile est Dei seruo post cõuersionem tentari; quatenus à torpore negligentia sollicitantibus vitiis, ad virtutes animum per exercitium præpararet vitorum,

De remissa conuersione.

IV. **M**ltos remissa conuersio in primos reducit errores, ac viuendi teporem resoluit. Horum ergò exempla quisque conuersus deuota: ne dum timorem Dei à tepore incipis, rursus mundanis erroribus immergaris. Tepidus in conuersione, otiosa verba, & vanas cogitationes noxias esse conspiciat. Quod si à torpore mētis euigilet, aduertat; ea quæ leuia existimabat, confessim quasi horrenda atque atrociam pertimescat. Fraus & desidia in omni bono opere formidanda est. Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere nostro nosmetipsos, non Deum laudamus. desidia agimur, per torporem languidè ea quæ Dei sunt, operamur. Omnis ars, sæculi huius strenuos amatores habet, & ad exequendum promptissimos; & hoc propterea; quia præsentem habet operis sui remuneratorem. ars verò diuini timoris pleròq; habet sectatores languidos, tepidos, pigritia, inertia colligatos. Sed hoc prouenit inde, quod labor eorum non pro præsentem, sed pro futura remuneratione differtur; ideoque dum eorum laborem mercedis retributio non statim consequitur, spe pæne dissoluta languescunt. Vnde & magna illorum gloria præparatur, qui boni conuersionis vitæ principia augendo solidiore consummant, atq; eò ad promerendam retributionem clariore præparantur, quò firmiter duri itineris labores inchoant & consummant. Quidam primo conuersionis calore ad virtutes sese accingunt. accedente verò progressu, dum immoderatè terrenis rebus incipiunt pulsari, infiniti appetitus obscuratur. Vnde & Dominus de bono semine dicit: Quod autem cecidit in spinis, hi sunt, qui audiunt verbum Dei, & solitudine sæculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum; & sine fructu efficitur. Nuper conuersi nequaquam debent in curis & terrenis rebus prouchi; nam impli cantur confessim, quasi plantata arbuscula, & necdum præfixa radice, concutiuntur prariter & arcescunt. Valet interdum conuersis pro animæ salute mutatio

loci

Matth. 13.

loci. Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporalia velle, vbi quisq; illecebris defertur. Nam locus vbi prauè quisq; vixit, in aspectu mentis opponit, quod semper ibi vel cogitauit, vel gessit.

De exemplis Sanctorum.

AD conuersione seu correctionem mortaliu multu p sunt exem-
pla Sanctoru. Nam ad cetera perfectoru exempla mores incho-
antiu non queunt p ficere ad bene viuendum. Reprobi autē non attē-
dunt documenta bonoru, q imitetur ad melius. Sed pponunt sibi ex-
empla maloru, q ad suoru morum pueritatē imitantur in peius. Ob
hanc vtilitatē scribuntur Sanctoru ruine & reparationes, vt spem faciā
salutis humana; ne quisquam post lapsum poenitendo desperet eniā,
dum conspiciat Sanctorum reparationem fuisse post ruinam. Sciant
flagitio dediti, ad quam vtilitatem eorum exempla proponantur San-
ctorum, ad exemplum nimiru Deus proposuit, vt quanto de imitatio-
ne eoru conferre possunt nobis iusticia p mium, tanto de perseueratia
mali sint grauiora tormenta. Si enim ad boni incitamentum diuina,
quibus admonemur pcepta deessent, p lege nobis Sanctorum ex-
empla sufficerent. At contra dum & Deus nos pceptis suis admonuit,
& vita Sanctorum boni operis nobis exempla proponunt, nulla est de-
reatu excusatio. Quia & lex Domini quotidie aures nostras pulsāt; &
Sanctorum documenta bonorum cordis nostri intima prouocant. Et si
prauorum saepe secuti sumus exempla, cur non imitemur Sanctorum,
digna & Deo placita facta? Et si apti sumus imitari iniquos in malo,
cur pigri sumus imitari iustos in bono? Orandus est Deus, vt virtutes,
quas Sanctis preparauit ad coronam, nobis ad profectum sint posita,
non ad poenam. Proficient autem ad profectum nostru, sit tot exem-
pla voluerim imitari virtutum. Certē si ea potius auersati, quam imi-
tati fuerimus, ad damnationem nostram erit, qui ea legendo implere
negleximus. Multi vitā Sanctorum imitantur, & de moribus alterius
effigie virtutis sumunt; tan quā si imago qualibet intendatur, & de ei
similitudine species picta formetur. sicq; sit ad imaginē similis ille, q
ad similitudinē viuit imaginis. Qui sanctum virum imitatur, quasi ex-
emplar aliquod intuetur, seseq; in illo quasi in speculo perspiciat, vt ad-
iiciat q deesse virtutis agnoscat. Minus enim seipsum homo ex semet-
ipso considerat; sed dum alterum intendit, id q min⁹ est luminis, adii-
ciat. Perfectoru estiam yrorum, non quēlibet Sanctorum imitando,

Q 3 sed

Handwritten marginalia on the right edge of the page, including the numbers 27 and 28.

Gen. 1. 16.

sed ipsam veritatem intueno, ad cuius imaginem facti sunt, iustitiam operari. Hoc indicat quod inscribitur: Faciamus hominem ad similitudinem nostram & imaginem. Quia ipse intelligendo imitatur diuinitatem, ad cuius factus est, similitudinem. Iste ergo tantus est, ut non fugiat hominem demonstratorem iustitiam, sed ipsam contemplando iustitiam imitetur exempla Sanctorum, quibus edificatur homo, varias conseruare virtutes; humilitatis ex Christo, deuotionis ex Petro, castitatis ex Iohanne, obedientiam de Abraham, patientiam de Isaac, tolerantiam de Iacob, castimoniam de Ioseph, mansuetudinis de Moyse, constantiam de Iosue, benignitatis de Samuel, misericordiam de Dauid, abstinentiam de Daniel. Sic & cetera facta priorum quo labore, quo moderamine, qua vel intentione, vel compunctione gerantur, virtutibus imitando considerat.

Exstat S. I.
Isidori liber
de vita
vel obitu
Sanctorum.

De compunctione cordis.

VI.

Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrimis, exoritur de recordatione peccati & timore iudicii. Illa est conuersis perfectior compunctionis affectio, quae omnes à se carnalium desideriorum affectus repellit, & intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplationem defigit. Gemina est compunctio, qua propter Deum anima cuiusque electi afficitur, id est, vel dum operum suorum mala considerat, vel dum desiderio aeternae vitae suspirat. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus mens iustitiam salubri compungitur, hoc est, memoria peccatorum facinororum, recordatio futurarum poenarum, consideratio peccationis suae in huius vitae longinquitate desiderium supernae patriae, quatenus ad eam quanto citius valeat peruenire, quisquis peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei seruus se vitare sciat praesentia quando id, ex quo se amisisse recolat in terris erubescit, suoque iudicio pudenda iam punit. Nam tunc Petrus fleuit, quando in eum Christus respexit. Vnde & Psalm. Respexit, inquit, & commota est, & contremuit terra. Gressus Dei sunt in cor hominis in terrore, quando bona desideria surgunt, ut calcetur mundana. Quando ergo ista in corde hominis sunt, sciendum est, tunc esse Deum per gratiam cordi humano praesentem. Vnde se tunc magis homo acuerit ad compunctionem debet, quando sentit & Deum interior operantem. Quoties homines iusti ex vera compunctione rapiuntur, & qualiter infirmati reuertuntur. Degustata haec magnitudine illam nosse posse, qui iam aliquid exinde gustauit. Sunt qui non ex vera cordis compunctione sui accusatores sunt, sed tantum ad hoc esse se peccatores assignant, ut ex ficta humilitate confessionis, locum inueniant sanctitatis.

De

De confessione peccatorum & penitentia.

Ex eo vnusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Multi autē semetipfos peccatores fatētur, & tamē semetipfos à peccato non subtrahunt. Magna iam iustitiæ pars est, seipsum nosse. Homo quid, nisi cinis est? vt ex eo diuinæ virtuti subdatur humilior, ex quo suam infirmitatem agnoscit. Benè de se iustus in hac vita --- ne iudicetur à Deo dānatione perpetua. Tunc autē iudiciū de se q̄sq; sumit, quādo per dignā penitentiā sua prauia facta cōdēnat. Amari- tudo penitentiæ facit animū & sua facta subtilius discutere, & donā. Deiqua cōtēpsit, illēdo cōfitemorare. Nihil autē p̄cius, quā culpā agnoscere, nec desistere. Duplicē debet habere fletū in penitentiā omnis peccator; siue quia p̄ negligētā bonū non fecit; siue quia malū per audaciā perpetravit. Quod n̄ oportuit, nō ḡssit; & gessit q̄ agere nō oportuit. Ille penitentiā dignē agit, q̄ sic de peccata mala deplorat, vt futura iterū nō admittat. Nā q̄ peccat, & iterū admittit peccatū, quāsi si q̄s laet laterē crudū, quē quāto magis eluerit, tāto magis lutū facit. Quāuis quisq; sit peccator & impius, si ad penitentiā cōuertatur, cō- seq̄ posse veniā creditur. Nullus, n. de bonitate Dei dubitet, sed sola impoenitentiū prauitas cōferri sibi indulgētiā abnegat. In hac vita tātū p̄c̄nitentiā patet libertas. post mortē verō nulla correctionis est licentia. Vnde Dñs dicit: Me oportet operari eius, q̄ me misit, donec dies est. Veniet autē nox, quando nemo potest operari. Hinc & per Prophetā: Date, inq̄t, Dño Deo vestro gloriā anteq̄ cōtēnebre sciat, id est, anteq̄ mors aeterna præueniat. In hac vita dū estis, Deum per penitentiā glorificate. Adhuc in hoc sæculo penitentiam operantibus Dei subuenit misericordia; in futuro. a. iam non operamur, sed ratione nostrorum operum punimur. Per id deteriorātur plerūq; iniqui, per quod per patientiam Dei spatium accipiunt emendandi. quam illi morā viuendi non vtuntur ad penitentiam, sed ad peccādi vlsurpāt audaciā. Ad malum autē deterius vadit, qui tempus sibi ad penitentiā indulgētū, ad libertatē prauis operis vtitur. Festinare debet ad Deū penitendo vnusquisq; dum poterit; ne si, dum potest, noluerit, cum tardē voluerit, omnino non possit. Proinde Propheta ait: Querite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est oibus inuocantibus se. Nam tunc lōge est, quando dixerit: Ite in ignem aeternū. Modo enim non videtur, & prope est; tunc videtur, & prope non est, quia & videri poterit, & non poterit inueniri. Si quando

Ioan. 9. 4.

Ier. 17. 16.

Esa. 55. 6.

Mat. 25. 41.

quando quisq; peccare potest, pœnitet, vitamq; suam vitens ab omni
 crimine corrigit, non dubium, quod moriens ad æternam transeat re-
 quietem. Qui autem prauè vitendo pœnitentiam in mortis agit pe-
 riculo, sicut eius damnatio incerta est, sic remissio dubia. Qui ergo
 cupit certus esse in morte de indulgentia, pœniteat, sanusque perpe-
 trata facinora deleat. Sunt qui pœnitentibus securitatem cito polli-
 centur, quibus benè per Prophetam dicitur: * Curant contritionem
 filia populi mei, cum ignominia; dicentes, Pax: & nō est pax. Cum ig-
 nomina igitur curat contritionem, qui peccanti, & non legitime
 pœnitenti promittit securitatem. Vnde & sequitur: Confusi sunt
 qui abominationem fecerunt, id est, confusi sunt non * pœnas * la-
 gendo. Aliter enim confunditur coram iudice reus dum plectitur,
 atque aliter quidem in malo opere erubescens corrigitur. Ille enim
 qui apprehensus est, confunditur; iste quia se malum fecisse memo-
 rat, quamuis per pœnitentiam propitiatio peccatorum sit, sine me-
 tu tamen esse non debet. Quia pœnitentiæ satisfactio diuino tantum
 pensatur iudicio, non humano. Proinde quia miseratio Dei occulta
 est, sine intermissione flere necesse est. Neque enim vnquam oportet
 pœnitentem habere de peccatis securitatem. Nam securitas negligenti-
 am parit, negligentia autem sæpè incautum ad vitia transacta redu-
 cit; dum per pœnitentiam fuerint expulsa. Ad hominem vitia si for-
 tē posthac intercedente securitate qualibet subreperent, confessum
 delectationes pristinæ vitiorum mente auidius repunt, pulsantesque
 hominem in consuetis operibus grauius pertrahunt, ita vt sint nouis-
 sima illius peiora prioribus.

De desperatione peccatorum.

VIII Non per loeorum spatia, sed per affectus bonos, vel malos, itur, re-
 ceditur à Deo. neq; n. gressu pedū, sed gressu morū elongamur,
 vel appinquamus ad Deū. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ
 est. Contemnere pœnitentiam, & permanere in culpa, descendere in in-
 fernū post mortē est. Ergo peccare ad mortē pertinet, desperare verò,
 in infernū descendere. Vnde & scriptum est. Impius dum in profundū
 malorū venerit, cōtemnit. Sæpè diabolus eos, quos cōuertit ad pœnitē-
 tiā aspicit, immanitate scelerū, p̄culos ad desperationē deducit, vt sub-
 strata spe veniæ, in diffidētia, quos nō potuit retinere p̄seuerantes in cul-
 pa. Sed pœnitēs p̄uideat callidas cōtra se hostis insidias, sicq; Dei iusti-
 tiā metuat, vt tamen, quāuis in magnis sceleribus de misericordia eius

confidat. Amplius latatur Deus de anima desperata, & aliquando con-
 uersa, prodigo filio, qui mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus
 est. de cuius regressu magnum sit gaudium patris. nam ait, coram
 Deo & angelis copiosius esse gaudium de eo, qui à periculo liberatur,
 quam de eo, qui nunquam nouit periculum peccati. Quanto enim
 contristat res perdita, tanto magis, si fuerit inuenta, lætificat. Sicut in
 Euangelio Pastor ille exultat, qui perditam ouem inuentam, humeris
 suis gaudens reportauit. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa
 finem vitæ ad penitentiam conuertatur. vnumquemq; enim DEVS de
 suo fine, non de vita præterita iudicat. Hoc quippe ex legis testimonio
 edocetur, quod homo de suo extremo iustificatur, quando DEVS pro
 asini primogenito ouem iussit offerri, hoc est, immunditiam vitæ prio-
 ris mutandam innocentia boni finis. Vnde & cauda iubetur offerri
 in hostia, id est, vita extrema in penitentia. Multi superna respecti gra-
 tia, in extremis suis ad DEVM conuertuntur per penitentiam, & quæ-
 cunq; mala gesserunt, quotidianis sletibus purgant, atque bonis factis
 male gesta commutant, quibus iuste totum qd deliquerant, ignoscitur:
 quia ipsi, quod male gesserunt, penitendo cognoscunt. In vita homi-
 nis bonus finis quærendus est. Quoniam non respicit, quales antea
 viximus, sed quid erimus, cum vitam finimus.

Luc. 15.

Exod. 13. 13.

Leuis. 7. 9.

De his qui à Deo deseruntur.

DEo deserente nullum penitere; DEo respiciente, vnumquem-
 que facta videre & plangere, & vnde ceciderit, cogitare. Non-
 nulli autem ita despiciuntur à DEO, vt deplorare mala sua non possint,
 etiamsi velint. Consilium immundorum Spirituum hoc est, vt quia i-
 psis negatum est post præuaricationem regredi ad iustitiam, obserare
 aditum penitentium hominibus cupiant; ne vel ipsi reuertantur ad
 DEVM. eosq; socios in perditione habere contendunt; quibuscunq;
 fraudibus insistentes, vt aut deserantur à DEO, aut flagelli immanitate
 desperent. Ingemiscendum est iugiter, & postposita securitate ligen-
 dum, ne DEI secreto & iusto iudicio deseratur homo, & perditus in
 potestate dæmonum reliquatur. Nam reuera quem DEVS deserit, dæ-
 mones suscipiunt. Dominici contemptores præcepti statim vt auer-
 tunt à DEO, à malignis spiritibus occupantur; à quibus etiam vt mala
 faciant, persuadentur. Hinc est illud Propheticum: Inimicos DEI per-
 sequuntur tenebræ, qui intelliguntur dæmones. Vnde & in Psalmo le-
 gitur: Immissiones per angelos malos. Quidam reproborum in po-
 testate

IX.

Nab. 1. 8.

Psa. 77. 49.

Rr

testate

Esaï 34. 17.

testate demonum occulto DEI iudicio & iustissimo redigantur, ista
testante: Ipse diuisit eis sortem, & manus eius diuisit eis in mensuram:
vsq; in æternum possidebunt eam. Quidam electorum dimituntur
diuina iustitia incedere in horrore peccati; sed tamē miseratione eius
reducti denuo conuertuntur. De talibus enim per Prophetam Do-
minus loquitur: Et dimisi eum & reduxi eum, & reddidi consolationē.

Esaï 37. 18.

Sanani eū

& reduxi.

Iob 10. 16.

Nonnunquam etiam reuertens DEVS hominem quē deseruerat, rur-
sus affligens uisitat, & per lacrimarum ac pœnitentiæ afflictionem
peccatis expurgat, dicente Iob ad DEVM: Propter superbiam, in-
quit, quasi læna capies me; reuersus mirabiliter me crucias. Reuertens
enim DEVS hominem cruciat, quando quem peccatē deseruerat
flagellandum, iterum uisitat. Malis actibus contra nos amplius cele-
stem iracundiam nequaquam prouocare debemus; quin potius si pœ-
nitendo digna DEO gessimus, seueritatem eius in clementiam comu-
tabimus. Nam ille qui nos malos tolerat, non dubium est, quod con-
uersus clementer ignoscat. Nam quod seruatur nobis tempus pœni-
tentiæ, ut non simul morte obruamur præcipiti, sed detur nobis locus
satisfactionis, hoc totum de DEI procedit clementia; ut nos nō dam-
net crudeliter, sed expectet ad pœnitentiam patienter.

De his qui ad delictum post lacrimas reuertuntur.

X.

IRrisor est, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet: nec vi-
detur DEVM poscere subditus, sed sublannare superbus. Canis
reuersus ad vomitum, & pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrimas
indefinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quidā accipere lacri-
mas ad pœnitentiā, & effectū pœnitentiæ nō habuere, quia incōstan-
tia mentis, non recordatione peccati lacrimas fundunt. Nūc uero re-
uiuifcente vlt, ea quæ fleuerunt, iterādo committunt. Qui & præterita
vult plangere, & actionibus secularib' incubare, iste mundationē nō
habet: quoniam agit quæ pœnitēdo flere possit. Esaias peccatorib' dicit:
Lauamini, mūdi estote. Lauat itaq; & mūdi est, qui & præterita plā-
git, & flenda iterū non admittit. Lauat, & non est mundus, qui plan-
git, quæ gessit, nec deserit, & post lacrimas, ea quæ fleuerat, repetit. Sic
deniq; alibi animum pœnitentiū, atq; iterū delinquentiū sermo diui-
nus increpat, dicens: Quā vilis facta es nimis iterando vias tuas. Quis-
quis ergo culpas præteritas plorat, hunc necesse est modum teneat,
ut sic admitta desinat, ne iterum flenda committat. * Vt mihi misero
YSIDORO, qui & pœnitere reuero acta negligo, & adhuc pœnitēda
committo.

Esaï, 1. 16.

Iere. 2. 26.

iterans

vias.

* NB. hic

S. Isidorus

se autorem

huius libri

probat.

90

De peccato.

II.

DVobis modis peccatū cōmittitur, id est, aut cupiditate, aut metu, vel dū quisq; vult adipisci quod cupit; vel timet, ne incurrat quod metuit. Quatuor modis committitur peccatū in corde, quatuor perficitur & opere. Admittitur in corde suggestionē dāmonum, delectationē carnis, consensione mentis, defensione elationis. Cōmittitur opere, nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. Istis enim talibus & corde delinquitur, & opere malitia perpetratur. Tribus modis peccatum geritur, hoc est, ignorantia, quomodo peccauit in paradiso Eua. Sicut Apostolus ait: Vir non est seductus, mulier autē seducta in prauaricatione fuit. Ergo Eua peccauit ignorantia: Adam industria: quia non est seductus, sed sciens, prudensq; peccauit. Qui vero seducitur, qui consentiat euidēter ignorat. De infirmitate magnus Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillae Christum negauit. Vnde & post peccatum amatissime fleuit. Grauius est infirmitate, quam ignorantia quēq; delinquere, grauiusq; industria, quam infirmitate peccare. Industria namq; peccat, qui studio ac deliberatione malum agit, infirmitate autem, qui casu, vel præcipitatione delinquit. Nequius autem de industria peccant, qui non solum non bene viuunt, sed huc bene viuentes, si possunt, a veritate auertunt. Sunt enim, qui ignoranter peccant; & sunt qui & scienter; & sunt etiam qui ignorantia excusatione scire nolunt, vt minus culpabiles habeantur, qui tamen scriptos non muniunt, sed magis decipiunt. Nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet: noluisse vero scire, ad contumacem superbiam. Voluntatem quidem proprii domini velle nescire, quid est aliud, quem velle dominum superbiendo contemnere. Nemo igitur se de ignorantia excuset; quia dicitur: Non solum eos iudicat, qui a cognitione sua reuertuntur, sed etiam illos, qui nescierunt; testante Domino per Prophetam: Disperdam, inquit, homines a facie terra, & eos qui auertuntur post tergum Domini, & qui non quaesierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum. Et Psalmus: Effunde, inquit, iram tuam in gentes, quae te non nouerunt.

De superbia.

XII.

Omnibus deterior est superbia; seu propter quod à summis personis & primis adsumitur; seu quod de opere iustitiae & virtutis exoritur, minusque culpa eius sentitur. Luxuria verò carnis ideo

Rf 2

nota-

notabilis omnibus est, quoniam statim per se turpis est: & tamen pen-
sante Deo, superbiâ minor est. Sed qui detentus superbia, non sentit,
labitur carnis luxuriâ, vt per hanc humiliatus, & a confusione excu-
gat, & a superbiâ. Omnis peccans superbus est, eo quod faciendo veri-
tatem, contemptus habeat diuina præcepta. Recte ergo initium omnis
peccati superbia. Quia vbi præcesserit mandatorum Dei inobedi-
entia, transgressionis consequitur culpa. Omnis superbia tanto in imo
iacet, quanto in alto se erigit; tantoq; profundius labitur, quanto ex-
celsior eleuatur. Qui enim propria superbia attollitur, per Dei iusti-
tiam inclinatur. Qui instantur superbia, vento pascuntur. Vnde & Pro-
pheta: Omnes, inquit, pastores tuos pascit ventus, hoc est, superbiæ
Spiritus. Qui de suis virtutibus superbiunt, ex ipsis iudicandi sunt ope-
ribus, quæ pro virtutibus vtuntur. quia rem bonam non bona volun-
tate faciunt. Nam reuera sine humilitate virtus quælibet, & sine cari-
tate, in vitio computatur. Merito superbiâ diabolus a superna beauri-
tudine corrumpitur. Qui ergo de virtutibus attolluntur, diabolum imitantur;
& exinde grauius corruunt; quia de excelsis labuntur. Superbia sicut ori-
gine est omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est eni-
m in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. hæc enim aut in
exordio mentem per peccatum prosternit, aut nouissimè de virtuti-
bus deicit. Inde & omnium peccatorum est maxima: quia tam per
virtutes, quàm per vitia humanam mentem exterminat. Ibi cadere su-
perbiâ, vbi nasci. Non sit superbis aliud culpa, aliud poena:
sed ipsa culpa sit illis & poena. De superbia nascitur arrogantia; non de
arrogantia nascitur superbia. Nam nisi præcesserit occulta elatio men-
tis, non sequitur aperta iactantia laudis. Ita ergo in culpa præponitur
superbia arrogantia, sicut præfertur origine. Plerumq; ad elationis
emendationem, prouidentia Dei, aliquo casu nonnulli cadunt, pro
quo lapsu reprehensî a semetipsis humiliter sapiant, & de muneribus
Dei, a quo acceperunt, se laudari non appetant, sed laudent Deum.
Vnde qui laudari volunt, vtilius est arrogantiam quocunq; vitio labi.
& humiles post casum Deo fieri, quàm per elationem superbire, in
grauiorisq; ruina damnationem per superbiam irruere.

De fornicatione.

XIII. **E**X culpa superbiæ abominanda carnis immunditia. Ita enim al-
terû pendet ex altero. Sed sicut per superbiâ mentis, itur in pro-
stitutionem libidinis, ita per humilitatē mentis salua fit castitas carnis.

Deus

DEVS autem nonnunquam deiecit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam. Libidinis nascitur immunditia de animi occulta superbia: exemplo primi hominis, qui mox per superbiam contra DEVM tumuit, statim carnis libidinem sensit, & pudenda operuit. Quapropter vnusquisq; sue deputet culpæ, quod cecidit, quoties libidine vincitur. Quia nisi præcesserit latens superbia, non sequitur libidinis manifesta ruina. Nonnunquam in gemino vitio Christianus à diabolo appetitur, & occulto per elationem, & publico per libidinem: & dum euitat quis libidinem, cadit in elationem; item dum incaute declinat elationem, cadit arroganter in libidinem. Sicque ex occulto vitio elationis, ictus in aperto libidinis; & de aperto libidinis ictu, ictus in occulto elationis. Sed DEVS seruus discretè vtrumq; pensans, sic cauet libidinem, vt non incurrat in elationem; & sic premit elationem, vt non resoluat animum ad libidinem. Luxuriosis atq; superbis demones plus fautores existunt: dumq; in ceteris vitis Spiritus malignus deseruiuit, his tamen maiori familiaritate iunguntur, eisque amplius iuxta desiderium famulantur. Principaliter his duobus vitis diabolus humano generi dominatur, id est, per superbiam mentis, & luxuriam carnis. Vnde & Dominus in Iob loquitur de diabolo dicens: *Iob. 40. 16.* Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Per calamum enim, inanis superbia; per loca vero humentia, carnis demonstratur luxuria. Per hæc enim duo vitia diabolus humanum possidet genus; vel dum mentem in superbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem consumit. Multi luxuriæ subditi sunt, & contumaci superbia, de ipso luxuriæ opere gloriantur; & inde magis elati sunt, vnde humiliari debuerant. Ad comparationem mali fit deterius, quando non solum flagitia vanitate laudis perditæ extolluntur. Sicut scriptum est: *Psal. 10. 3.* Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Quid enim peius quam in flagitiis miseris gaudere, de quibus iam debent copiosius deplorare? Libido tunc magis quaeritur, dum videtur. Nam quidam sapiens ait: Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda verborum. Sed qui non capitur oculis, potest verbis resistere. Sufficit natura, vbi adhuc liber affectus est. Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestionis, transit à consensu libidinis. Cito enim resistit operi, qui titillanti non commodat delectationi. Durius impugnatur, qui vsque ad consensionem, etsi non vsque ad perpetrationem tentatur. Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanae angelo inerant, ex lege peccati erant, quæ in membris hominum de necessitate libidinis

dinis habitat. quare luctantem dum in se expugnat, perficitur deis.
 firmitate libidinosa titillationis virtute suscepti gloriosi certaminis.
 Seruorum Dei multa certamina de sua carne mouentur. Nam quam-
 uis in amore Dei eorum sit incossa mentis inuentio, tamen de carne,
 quam exterius gestat, interna praelia tolerat. Deus autem, qui hac ad
 probationem permittit, gratia protegente suos non deserit. Ideo non-
 nunquam electi lapsu carnali corrumpunt, ut a vitio superbia, qua de vir-
 tutibus tument, lanentur. & qui de virtutum effectibus existunt super-
 bi, ut cadant: carnis vitio humiliantur, ut resurgant. Antequam perfici-
 atur adulterium in opere, iam adulterium extat in cogitatione. Ex
 corde enim primum fornicationes sunt auferenda & non prorumpunt
 in opere. Hinc est quod per Prophetam dicitur: Accingite
 lumbos vestros super vbera vestra, hoc est in corde libidines refecate,
 quae ad lumbos pertinent. Nam cor super vbera est, non in lumbis.
 Libidinis immoderata licentia nescit habere modum. Nam dum se
 vitiosus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante laxauerit,
 nihil minus ad alia nefanda scelera, suadentibus demonibus trans-
 fit: dumque immoderata temeritas metas pudoris exceaserit, crimen
 criminibus adiicit, paulatimque ad deteriora procedit. Non ita sua-
 uis est amantium, immorantium in certa carnis libido, sicut experta.
 Nec ita delectat fornicatio, dum primum committitur, nam repeti-
 tam actionem delectatione ingerit. Iam vero si in vsu venerit, tanto
 perditis dulcior fit, ut superare difficile sit. Vnde & saepe ex consue-
 tudine delinquendi, quasi captiui ad peccandum cum quadam vio-
 lentia trahimur, sensusque nostros in vobis contra rectae voluntatis
 rebellare compedes sentimus. Si plus oblectat mentem delectatio
 fornicationis, quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum reg-
 nat. Certè si iam amplius delectat pulchritudo intima castitatis, iam
 non regnat peccatum, sed regnat iustitia. Non solum de commissa
 fornicatione peccatum regnat in homine; Si sua adhuc delectatur,
 atque animum teneat, procul dubio regnat. Fornicatio carnis est ad-
 ulterium, fornicatio animi, seruitus idolorum est. Est autem & spi-
 ritualis fornicatio, secundum quod Dominus ait: Qui viderit mulie-
 rem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Om-
 nis immunda pollutio, fornicatio dicitur: quamuis quisque diuersa
 turpitudinis voluntate prostituat. Ex delectatione enim fornicandi
 varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à
 Deo separatur. Inter cetera septem vitia fornicatio maximum est sce-
 leris

Isai. 32. 11.
 Super
 vbera ve-
 stra plan-
 gite.

M. S. im-
 mo anti-
 um. fors.
 immo a-
 mentium.


Matth. 23.

leris. quia per carnis immunditiam templum DEI violat. & tollens
 membra Christi, facit membra meretricis. Maximè per carnis luxuri-
 am humanum genus subditur diabolo, quàm per cetera vitia. Cùm
 enim ille variis tentamenti illectos homines conetur peruertere, ma-
 gis autem mœchandi desiderium suggerere, quia vtrumque sexum in
 hoc vitio amplius ægrotare intendit. Dæmones enim scientes pulchri-
 tudinem esse animarum, castitatem, & per hanc hominem angelicis
 meritis, quibus illi lapsi sunt, coarquare; liuore percussi inuidiæ, ini-
 ciunt sensibus corporis opus desideriumq; libidinis, quatenus à cele-
 stibus deorsum deiectum animum pertrahant, secumque, quod vice-
 ritus, gloriantes, ad tartara ducant. Quando impulsu dæmonum mens
 ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, æter-
 ni tormenta incendij, ante oculos proponantur. quia nimirum om-
 nis pœna, grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus
 clauum expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem exclu-
 dit luxuriæ. Quidã in iuuentute luxuriosè viuentes, in senectute con-
 tinentes fieri delectantur; & tunc eligunt seruare castitatem, quando
 eos libido seruos habere contempsit. Nequaquam in senectute conti-
 nentes vocandi sunt, qui in iuuentute luxuriosè vixerunt. Tales non
 habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. eos e-
 nim expectat gloria, in quibus fuerunt labo-
 riosa certamina.

*Videntur aliqua deesse. nam in M. S. lineæ circiter decem, quæ
 sequebantur, sunt erasæ.*



FLAC.



H.C.H.
1707

Faint, handwritten text in a historical script, likely Latin or German, covering the right page of the book. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.